



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CXXXII. Henning Eule verkauft Bürgern in Prenzlau Hebungen aus einem Hofe zu Blindow, am 14. Februar 1365.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CXXXII. Henning Gule verkauft Bürgern in Prenzlau Gebungen aus einem Hofe zu Blindow, am 14. Februar 1365.

Nouerint uniuersi fideles hanc literam inspecturi vel visuri, Quod henningus, dictus gule, famulus, residens in villa blingow, discretis uiris ac honestis hecharo, dicto kare, et nycolao, dicto heydelen, et suis ueris heredibus vendidit uero tytulo uendicionis II choros anone siue tritici filignis auene et ordeï parui Sui ueri pactus super curiam hennekini, dicti Lewenhaghen, in eadem willa blingow, quem pactum predicti uiri emerunt uera emcione pro VIII marcis argenti brandenborganis monete, quem pactum prenominati uiri Hecharus et nycolaus cum suis ueris heredibus tollent annuatim in festo beati martini episcopi sine omni impedimento ac ambiguitate et fraude postergata. Insuper si prefatus Henningus gule uel sui ueri heredes in posterum sepedictam peccuniam reemere uoluerint, non cum mobilibus uel immobilibus bonis sed pro VIII marcis promti argenti brandenborganis monete persoluere non recusent, pro qua uendicione honesti ac famosi famuli Henninghus bouir, Ludicinus de ellinghe, Gerradus gule una cum Hennigo gule, famulo, coniuncta manu promiserunt, in cuius rei testimonium federis hanc literam prefati famuli suis sigillis patentibus fecerunt roborari. Actum et datum in Willa blingow, Anno domini Millefimo Trecentesimo LXV, In die Walentini martiris gloriosi.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXXXIII. Paps Urbanus V. Commissoriale an den Dechanten der Nicolai-Kirche zu Stendal, die Güter, die von der Marienkirche zu Prenzlau abgekommen, wieder herbei zu bringen, vom 15. März 1365.

Urbanus, Episcopus, seruus seruorum Dei dilecto filio Decano Ecclesie St. Nicolai Stendaliensis, Halberstadenensis Dioceseos, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Rectoris parochialis ecclesie sancte Marie in Premslaw caminenensis dioceseos precibus inclinati presentium tibi autoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata, ad jus et proprietatem ejusdem Ecclesie legitime reuocare procures, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita comprehendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, Idus Martii, Pontificatus nostri Anno tertio.

Nach einer Copie der Joachimsthal'schen Schulbibliothek.